395.

Abt Hermann von Reinhardsbrunn bittet den (Land)grafen Ludwig um Rückgabe von Gütern, die dem Kloster Reinhardsbrunn von seinen Vorfahren geschenkt worden. **[1168—1172.]**

Hdschr.: Kop. Perg. Form. ep. (Saec. XII.) fol. 33. Bibliothek Pommersfelden. Phot. H. St. A.
Gedr.: Oesterr. Archiv. 1850. Bd. 2. Heft 1. S. 45.
Anm.: Abt Hermann folgt 1168 seinem Vorgänger Ernst. Landgraf Ludwig † 1172.

H[ermannus] dei gratia Reinheresbrunnensis abbas licet indignus N. laudandae | opinionis comiti suas suorumque fratrum orationes. Tempore, quo populus innumerabilis ex diversarum gentium partibus predia sua vendens Hierosolimamque profectus eam obsidione cępit, sanctę recordationis predecessor noster Giselbertus abbas predium in Haskeuel L mansorum a bonę recordationis Lůdevvico comite nostrę ęcclesię traditum comiti Gerhardo avo vestro materno centum marcas in coemptionem ab eodem recepturus dedit, quarum septuaginta quidem idem comes persolvit, sed propria abutens potestate xxx marcas sibimet retinuit. Eo autem defuncto mater vestra hac pro causa sepius a nobis ammonita tandem pro remedio animę patris sui predictam pecuniam aut totam aut ex parte redditura nuncium ad se dirigi mandavit, sed nos alias occupati nullum postea nuncium misimus ei. Precamur itaque, ut pro ęterna vestra salutę proque remedio animarum patris matrisve omniumque debitorum vestrorum aut xxx marcas, quas avus vester deo marcis sibimet usurpavit, ęcclesię vestre reddatis aut sexaginta marcas, quas idem comes dederat, nam x reliquę pro substantia inibi reperta traditaę sunt, recipiatis nobisque predium cum omnibus suis pertinentiis, sicut hoc a principio possedimus, restituatis.

396.

Kaiser Friedrich I. bestätigt den Vertrag zwischen dem Bischof Friedrich II. von Münster und Grafen Heinrich von Tekeneburg betreffs der Vogtei zu Münster. — Zeugen: Die Markgrafen Otto und Dietrich. **Goslar, 1173 Mai 4.**

Hdschr.: Or. Perg. Staatsarchiv Münster.
Gedr.: Wilmans-Philippi, die Kaiserurk. der Prov. Westfalen 2,328. Stumpf 4143.

— — Huius rei testes sunt. Wichmannus Magdeburgensis ęcclesię archiępiscopus. Adelhous Hildeneshemensis ępiscopus. Vdo Cicensis ępiscopus. Martinus Misnensis ępiscopus. Hein[ricus][a]) Brixinensis ępiscopus. Cŏnradus Corbeiensis abbas. Atholfus Werthenensis abbas. Heinricus dux Bawarię et Saxonię. Otto marchio Misnensis. Otto marchio Brand[enburge]nsis[a]). Theodericus marchio Lusizzensis. Albertus palatinus comes de Sumersenburg. Bernhardus comes de Aschersleive. Heinricus comes de Ravenesberg. Herman[nus comes de Ravenesberghe][a]). Rotholfus de Stenvorde. Bernhardus de Hurstmare. Theodericus de Saltesberg. Gerhardus de Lon. Wernherus de

396. *a) Ergänzt nach Abschrift a fol. 349 (Ausfertigung II für Münster).*